HIERONYMUS

Zwettl (Frankreich/Burgund), um 1200 Seite 99v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



pangustum foramen egredi non ualere.
Ergo nebridius m̄s cottidie illud reuoluens.
qui uolunt diuites fieri, incidunt in tempta
tionem et in laqueum diaboli. et desideria mul
ta. quicq̄d et imperatoris largitio, et honoris
infule sibi dederant. in usus pauperum confe
rebat. Nouerat enim a dn̄o ee p̄ceptum. Si
uis pfectus ee. uade et uende omia que habes.
et da pauperib̄. et ueni sequere me. Et quia
hanc sententiam implere non poterat. ha
bens uxorem et paruulos liberos. et multā
familiam. faciebat sibi amicos de iniquo
mamona, qui se recipent in etna tabnacla.
Nec semel abiciebat sarcinam, qd̄ fecerunt
apli, patrem et retia et nauiculam relinqn̄
tes. sed ex equalitate aliorum inopie. suam ha
bundantiam cōmunicabat. ut p̄ea illorum
diuitie. huius indigentiā sustentarent. Scit
illa, cui libellus hic scribitur. me non nota. sed
audita narrare. nec ex aliquo in me bn̄ficio
scriptorum more grecorum gr̄am lingua reddere.
Vcul a xp̄ianis ista suspicio. Habentes
uictum et uestitum, his contenti simus. Vbi
uile oliusculū, et cibarius panis. et cibus potusq;
moderatus. ibi diuitie supuacue. ibi nulla
adulatio. que uel p̄cipue fructū recipit. spicit.
Ex quo colligitur, fidele ee testimoniū. quod
causas n̄ habet mentiendi. Ac ne quis me
putet solas in nebridio p̄dicare elemosinas.
q̄mq̄ et has exercuisse sit magnū. de quib̄
dr̄. sicut aqua extinguit ignē. ita elemo
sina extinguit peccatum. ad uirtutes
eius ceteras ueniam, quas singlas in paucis
hominib̄ deprehendimus. Quis fornacem
regis babilonii, sine adustione ingressus
est. Cuius adolescentis egiptia dn̄a, pal
lium non tenuit. Que uxor eunuchi, nul
los creat liberos uoluptate tn̄sacta. Quē
hominum disputatio illa non terreat. uideo
aliam legē in menbris meis. repug
nantem legi mentis mee. et captiuum me
ducentem in lege peccati, qd̄ est in menbris
meis. Mirum dictum ē. nutritus in
pala[illegible]cio, contubnalis, et condiscplis
augs[illegible] m̄ a[illegible]tor, quorum mense ministrat
orbis. et terre ac maria seruiunt. inter
rerum omnium habundantiā. in p̄mo
etatis flore, tante uerecundie fuit. ut
uirginalem pudorē uinceret. et ne leuē
quidē in se obscēni rumoris fabulā daret.
Deinde purpuratorum ppinquus. socius. con
sobrinus. eisdēq; cum ambobus studiis eruditus.
que res et extnorum mentes sibi conciliat.
non est inflatus supbia. n̄ cetos homines
adducta fronte contempsit. sed cunctis
amabilis, ipsos p̄ncipes amabat ut frs̄.
uenerabatur ut dn̄os. et in illorum salute. suā
salutē positam fatebatur. Ministros aut̄
eorum et uniuersum ordinem palacii, quo
regalis frequentatur ambicio. sic sibi soci
arat caritate. ut qui merito inferiores
erant. officiis se pares arbitrarentur.
Difficile factu est. glam uirtute supa
re. et ab his diligi quos p̄cedas. Que ui
dua, non huius auxilio sustentata est.
Quis pusillus, n̄ in eo reppit patrem.
Totius orientis epi. ad hunc miserorum p̄ces.
et laborantium desidia conferebant. Quic
q̄d ab imperatore poscebat. elemosinam
in paupes. p̄cium captiuorum. mia in af
flictos erat. Vnde et ipsi p̄ncipes libent̄
prestabant. qd̄ sciebant n̄ uni. sed pluribus